R. V. R.
I 1077
284/17
Telje
700284 A

Introductio

Intreductio

Reghi iras, et kopott O Sörzenglen Czako.

Conuentus Szeczeniensis Ordinis
Fratrum Minorum Strictioris obs. refor. in
Ungaria et provinciae SS. Salvatoris.

46
18
368
46
828

18
15
90
18
270

AGENDARIVS.

LIBER CONTINENS RITVS ET CAEREMONIAS, QVIBVS IN ADMINISTRANdis Sacramentis, benedictionibus, & alijs quibusdam Ecclesiasticis functionibus, parochi, & alij curati, in Diœcesi & prouincia Strigonienſi vtuntur.

QVIBVS ADDITAE SVNT, LINGVA VERNACVLA, PIAE ET CAtholicæ aliquot exhortationes, ad eos, qui vtuntur Sacramentis, & qui eorum administrationi intersunt.

Complacentia & expensis, Reuerendissimi D. D. Ioannis Kuttassi, Episcopi Iaurienſis, ac per Hungariam Cancellarij: Elimatione uero & relectione Lucæ Peechi Fiscalis Eccles: Strigonienſis, secundario impressus.

TIRNAVIAE ANNO DOMINI
M. D. XCVI.

CATALOGVS
EORVM QVAE HOC LI-
BRO CONTINENTVR.

ORdo in baptizando seruandus. folio. 1.
Exhortatio ad circumstantes baptismum. 2.
Ritus baptizandi. 11.
Benedictio fontis in casu necessitatis. 31.
Benedictio & introductio mulieris in templum post partum. 33.
Exhortatio ad suscipiendum Sacramentum Confirmationis. 38.
Ordo & ritus coniungendi Sponsum & Sponsam in facie Ecclesiæ. 53.
Exhortatio ad Sponsum & Sponsam, aliosque circumstantes de Matrimonio. 55.
Alia exhortatio de eodem Matrimonio. 210.
Introductio nouæ nuptæ in templum post nuptias. 74.
Modus audiendæ confessionis pœnitentium. 76.
Breuis exhortatio ad synceram peccatorum Confessionem. 77.
Consolatio pœnitentis desperabundi. 105.
Reprehensio confessi & non satis contriti. 107.
De sigillo confessionis. 112.
Ritus absoluendi excommunicatos. 114.
Ritus distribuendi Sacramentũ Eucharistiæ. 118.

Exhortatio ad pie & religiose sumendam Eucharistiam. folio. 120.
Ritus inungendi infirmos sacro extremæ vnctionis oleo. 127.
Exhortatio ad infirmum consolatoria. Et vt extremæ vnctionis Sacramentum suscipiat. 128.
Ordo commendationis animæ. 141.
Ordo sepeliendi mortuos. 148.
Exhortatio ad eos, qui funeri intersunt. 150.
Benedictio aquæ cum sale mixtæ ad aspergendum populum. 158.
Benedictio pabuli. 162.
Benedictio vini. 167.
Benedictio trium munerum pretiosorum. 172.
Benedictio pomorum. 174.
Benedictio segetum. 176.
Benedictio noui panis. 189.
Benedictio nouæ vuæ. 190.
Benedictio herbarum. 191.
Benedictio nouæ domus. 192.
Benedictio peregrinorum. 194.
Modus denunciandi festa & ieiunia. 198.
Confessio generalis. 199.
Exhortatio de Matrimonio. 220.
Concio funebris. 219.

NICO-

NICOLAVS TELEGDINVS, EPISCOPVS QVINQVEECCLESIENSIS, ADMINIstrator in Spiritualibus Archiepiscopatus Strigoniensis, Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis Consiliarius, &c.

Parochis & alijs curatis Diœcesis & prouinciæ Strigoniensis, Salutem in Domino.

CVM IN ECCLEsia Dei, monente Apostolo, omnia honestè & secundum ordinem fieri debeant, maiores equidem nostros magnis præconiis & laudibus dignos esse dubitandum non est, qui certum modum ordinemque pulcherrimum, in Sacramentis, benedictionibus & ceremoniis ritè peragendis, aliis denique functionibus Ecclesiasticis legitimè exequendis, dispensatoribus mysteriorum Dei 1. Cor. 14.

præscripserunt: vt non solum in Catholicæ fidei professione pari animorum consensione populum erudirent, verùm etiam in externis cultibus & ritibus vnanimes in domo Domini, ad ædificationem multorum, se exhiberent.

Qua in re videntur illi quidem Dei optimi maximi admirandam prouidentiã singulariter imitati esse, expressisseque: Nam cum populum Iudaicum in peculium vnicum & hæreditatem propriam sibi vendicaret, ordinem quoque & ritum sacris operandi, holocausta et victimas offerendi, ipsumque colendi et inuocandi, sanctè ab omnibus obseruandum constituit. neque voluit quenquam pro libitu suo in cultu Diuino nouas fingere formas, sed intra cancellos cæremoniarum à se positos, sub pœna sempiternæ maledicti-

onis

onis quemlibet contineri, serio et vehementer præcepit.

Habent itaque omnes Ecclesiæ, habet et nostra Strigoniensis, mox, vt primum felicibus auspiciis fundata est, receptos, et ad hæc vsque tempora obseruatos, à Catholica vnione nequaquam dissidentes sacrorũ ritus. Quorum quidem eam partem, quæ rationẽ et formam Sacramenta administrandi, certas personas et res benedicendi, ac nonnulla alia, quæ propriè muneris sunt vestri continet, diligenter recognitam, et ad normam sacrorum canonum reuocatam, (additis vbi opus fuit pro simpliciorum eruditione, quibusdam instructionibus, et aliquot exhortationibus, quibus indocta plebs, vel de excellentia Sacramentorum, vel ad dignè ea suscipiendum, vel ad melioris vitæ fructum proferendum

admonetur) præsenti libello inscrtam, sub Agendarii nomine emittimus & vobis exhibemus.

Vos omnes & singulos in Domino monentes, ac quibus possumus, etiam in virtute salutaris obedientiæ committentes, vt ad præscriptum huius libelli vos accõmodetis, & regulas cæremoniarum in eo propositas sedulo obseruetis. Dignum enim est, vt aliæ huius Diœcesis & prouinciæ Ecclesiæ, earumque rectores, Strigoniensem Metropolitanam, veluti matrem & magistram sequantur, cum eaque in ritibus & cæremoniis sacris consentiant & conueniant. Valete in Domino, ac nostri in orationibus & sacrificiis vestris memores estote. Tirnauiæ 3 die Augusti, Anno Domini 1583.

ORDO

ORDO IN BAPTIZANDO SERVANDVS.

IN PRIMIS ubi baptizandum deferentes ante fores templi constiterint, Sacerdos sciscitetur, an fortè (necessitate ita flagitante) baptizatus fuerit.

Si compererit baptizatum esse, interroget diligenter, A quo? & an debita materia, aqua scilicet naturalis in eo baptizando sit adhibita, ac uerborum forma, hæc nimirum N. Ego te baptizo in nomine patris & filij & Spiritus sancti, sit seruata.

Quod si hæc rite peracta esse cognouerit, non rebaptizet infantem. Hoc est, neque aqua perfundat, neq; formam uerborum præscriptam proferat. Cathechismum tamen, exorcismos, unctiones & preces solitas, aliaq; omnia omissa, iuxta ritum baptizandi infra scriptum supplere non prætermittat.

Si uero dubitatur, an infans rite baptizatus sit, siue ex materiæ applicatione, siue ex uerborum prolatione dubitandi ratio oriatur, alijs omnibus eo modo ut sequitur seruatis, forma Baptismi cum conditione est proferenda, hoc pacto. N. Si non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.

Quod si nulla dubitandi ratio subest, sed omnino constat non esse infantem baptizatum, tunc absq; hæsitatione nullaq; conditione adiecta est baptizandus

Deinde quærat Sacerdos an infans sit mas, uel fœmina: Quot & qui sint futuri compatres. Neque plures admittat quam unum & unam ad summũm, aut unum uel unam tantum, contraria consuetudine non obstante. Plures enim secundum concilij Tridentini decreta admitti non possunt. Postea poterit ad circumstantes talem exhortationem habere.

Sess: 24. ca: 2. de reform: Matrimonij.

EXHORTATIO AD circumstantes.

CHristusban szerelmes atyamfiai: Tudgyatoc fejenként, hogy az Adamnac fiai mindnyaian bũnbe fogantatunc, es bũnbe szũletũnc à vilagra, es annac okáert termeszet szerent à sõtetségnec, es karhozatnac fiai vagyunc. Kit latuan à kegyes, es irgalmassággal beuelkedõ Vr Isten, az embereknec meg tisztulasokra rendelte, es szerzette az lelki vionuan szũletésnec szentséget, az az, à kereststéget, hogy annac altala à mi bũneinkbõl meg tisztulnanc, sõtetségnec, haragnac, õrdõgnec, karhozatnac, es az õrõc tũznec fiaiból, vilagossàgnac, kegelemnec, Istennec,

Psal: 50.

Ephes: 2.

Istennec, az ôrôc ęletnec es dichôsegnec fiaiua lennęnec. Kit à mi Vrunknac beszede bizonyęt, midôn az Euangel. stanal imigyen szol. Valaki hiend, es meg kerestelkedic iduôzûl. Annelkûl peniglen soha senki meg nem tistulhat, az Istennec fiai, es ôrôkôsi kôzze nem szamlaltathatic, sem à mennyei boldogsâgban reszes nem lehet. Mert igaz à mit à Christus mond, hogy valaki viztul, es szent lelektul vionnan nem szûletic, Istennec orszagâba be nem mehet. Marc: 16. Ioan: 3.

Ezeket ęrtuen sietsûc meg kerestelni à szent Haromsagnac neuebe è kis gyermechkęt, melyet az û szûleie nem regen hozot è vilagra, à termeszetnec szokot, es kôzônseges folyasa szerent, vegyuc be ûtet az annyaszentegyhaznac egyesegébe, szamlallyûc az Istennec fogadot fiaikôzze, es az Isten orszaganac iauaiba tegyûc reszesęt.

Kit midôn miuelûnc, minden egéb gondolatokat vessetec ki sziuetekbôl, gondolkodgyatoc, es elmelkedgyetec à szent kerestségnec ereięrûl, es hasznarul. Mely oly nagy, hogy midôn meg kerestelkedûnc oly igen megviulunc az eredet bûnbôl, hogy annac vtanna nem chac nekûnc nem tulaidonettatic, hanem vgan tellyesęggel el vetetic, es el tôrôltetic. Vgy anyéra, hog mikeppen Naaman à Iordan vizębe meg 4. Reg: 5.

fŏrŏduén, à pokloſságtul telyeſseggel meg tiſztula, es az ũ teſte oly eep es tiſzta leen mint egy gyermeknec teſte: azonkeppen mi à kereſztſségnec altala, à bũnnec ondoc es vtalatos poklosſagatul telyeſseggel meg tiſztulunc es meg ſzabadulunc. Megint, mikeppen Pharao az ũ ſeregéuel egétembe, valoba be merũlt es bele holt à vŏrŏs tengerbe, az Iſrael fiai peniglen az Aegiptusbelieknec inſegétul meg menekettenec, nem kũlŏmben az eredet bũn, amaz igaz vŏrŏs tengerbe, à Chriſtuſnac piros veréuel meg feſtetet kereſztségnec vizébe, igazan es valoba el merũl es el moſatic, mies attul vgyan letel ſzerent meg ſzabadulunc. Arrul mondá Micheas Propheta, hogy Iſten minden bũneinket à tengernec fenekere hagyittya.

Exod: 14.

Mich: 7.

Tudom hogy vannac è moſtani idŏben, kic azt tartyac, hogy az eredet bũn à meg kereſztelkedes vtanis meg marad az emberbe. De ezekfŏlŏtte igen teuelyegnec, es à kereſztségnec ereiet es haſznat tagadgac. Tahat vgy nem volna erŏſſeb à Chriſtus az ŏrdŏgnel, ha à bũnt à kit az ŏrdŏg valoba be hozot, valoba el nem vehetneie. Vai bizony erŏſſeb, mert à mint ũ maga bizoñſagot teſzen maga felŏl, meg gŏzte az ŏrdŏgŏt, es minden fegyuerit el vŏtte. Nem heiaba mondga ſzent Pal, hogy mikeppen

Luc: 11.

Rom: 5.

az

az eg̃ Adamnac engedetlensége altal ſokan bũnõſõc lettenec, azonkeppen az eg̃ igaz Chriſtũſnac engedelmeſsége altal ſokan igazac leſznec, es hog̃ à hol à bũn beuelkedet, felyeb beuelkedet à kegélem, hanem azert mondg̃a, miuel hog̃ valoba tiſztét minket iduõzetõnc à bũntũl, valoba igazet es valoba meg ſzentel. Ha à természet ſzerent valo viz midõn meg fõrõdũnc benne, el moſſa telyeſséggel à ſzennyet teſtũnkrũl, hog̃ hiheſſem èn azt, hog̃ à lelki fõrõdõ, letel ſzerent meg nem tiſztetana az mi lelkũnket? Hiſzem azert neuezi ſzent Pal vionnan ſzũletes fõrdõiénec az életnec igeiében à kereſztséget, miuel hog̃ telyeſséggel meg valtoztat, meg viet, meg moſs, meg tiſztet, meg eleuenét es más emberre, tudni illic, bũnõsbõl artatlanna teſzen minket. Minem oknekũl ſzõl imigyen Ezechielnel az Iſten. Ki õntõm tireiatoc à tiſzta vizet, es meg tiſztultoc minden fertelmeſsegtektũl. Nem heiaba hirdettette Zachariaſſal, hogy az vtolſo idõkben meg nilatkozot kutfõ leſzen Dauid hazanac, es Hieruſalembe lakozoknac, à bũnõſnec es à fõrtelmeſnec meg moſogataſara. Dauid ſem hazud, mikor imezt mondgya az Iſtennec. Moſs meg engemet es à honal inkab meg feiéredem.

Epheſ: 5.

Ezech: 36.

Zach: 13.

Pſal: 50.

A bizoñ dolog hog̃ à kit Chriſtus meg

mosſ, azſzinten feier, tiſta, igaz es ſzent leſzen: vg̃ annęra hog̃ ha à kereſtsegnec fel vetele vtan, azonnal, minec elõtte vionnan bũnnel magat meg fertezteti meg halna, menten meny orſzagba menne. Mert mikeppen Chriſtus ottan hogy meg kereſtelkedęc, nyitua lata à mennyet, es az attya Iſtennec imillyen ſzauát hallá Ez ęn ſzerelmes fiam, kibe nekem keduem tõlt, azonkeppen valamely oraba az ember meg kereſtelkedic, ottan à meny neki meg nyilatkozic, es Iſten fiaua leſzen.

Math: 3. Mar: 1.

Két reſze vagon peniglen à kereſtségnec, az ige, es az kilsõ allat. Ezekbõl vg̃ mint reſzeibõl vagon à kereſtség. Mert mihelyen az ige à kilsõ allathoz iarul, ottan abbol ſzentség leſzen. Az ige az, à mit az Eghazi ſzolga mond mikor kereſtel. En tegedet kereſtellec attyanac, fiunac, es ſzent leleknec neueben. A kilsõ allat à viz, mellyel à kereſtelkedõ embernec teſte mosſattatic.

Aug:

De ezec mellet, az Apoſtoloknac ideiçtũl fogua mind eddig, ſoc ſzęp ſzertataſokcal ſzoktanac à kereſtyenec ennec è ſzentsegnec ſzolgalatasaba élni, mellyeket én à ti haſznatokra rõuideden meg akaroc magyarazni.

Leg elõſzõr à kit meg kel kereſtelnũnc nem mindiaraſt bochattyuc be à ſzenteghazban, hanem

nem az aito elŏt allatyuc meg. Auegre hoǵ azok nac à kic ott vannac eſszekbe iuſson, hoǵ à hiueknec eggéſſegeből ki rekeſztetet az eredet bűnnec miatta, es azt keuannyá, hoǵ, à kereſztſęg altal, mely az hiuec gyulekezetinec aitaia, az Anyaſzenseghazba be veteſſęc,

Annac vtanna neuu adatic neki, mert à kic à keresztſéget fel veſzic, azoc Iſten fiainac neuezetnec, es az életnec kŏnyuebe neuec ſzerent be iratnac.

Touaba á pap á keresztelkedŏ emberre reia leeh, parachol az ŏrdŏgnec es kemeny beſzedekcel fenyegeti ŭtet, hog ki mennyen belŏlle, heltis adǵon à ſz: lelcknec, es az igaz elŏ Iſtennec tiſzteſséget tegen. Ezeknec altala azt ielentuén, hoǵ az eredet bűnnec miatta, az ember az ŏrdŏgnec hatalmaba eſet volt vǵan, de megint à kereſtség altal ki vetetic, es meg ſzabadul annac birtokabol. Mert az erŏs fegueres à Satan, è vilagnac feiedelme, meg gŏzetet az erŏſſebtŭl, es az Iſten ſzaiánac lelketŭl ki ŭzettetic. *Luc. 11. Iob: 12. 2. Theſ: 2.*

Megint à pap à kereſtelkedŏ ſzemelnec homlokara es mellyere, à ſzent kereſtnec ielęt veti, két okbol. Elŏſzer azert, hoǵ meg ielenche, hoǵ à Chriſtus kereſtęt, es kenſzenuedęſet niluan, es retteges nelkŭl kel annac vallani, es mindenkor ſziuebe viſelni, à ki à kereſtſęget

fel veszi. Masodszor, hog tudgya mikeppen az Istennec oltalma ala vetetic, es az Isten angyalatul, az ördöklö angal ellen meg iegeztetic, à vegre hog à gözedelmes Christusnac iele es zaszloia alat szüntelen viteszkedgec.

Az So peniglen kit à szaiaba teszen az eghazi szolga, à mennyei bölcheséget iegzi es azt adga eleibe, hog Istennec segetségéuel minden bünnec es gonosz keuansagnac rothadasàtul oltalmazni kel magat, es innec toua az ü életét lelki soual, az az, Isteni felelemmel, bölcheseggel, io gondolatokcal, beszedekcel, es chelekedetekcel kelletic meg ekeseteni.

Ezeknec vtanna, nyallal es sarral illetuén annac à ki kereszteikedic füleit es orrát, à pap ezt mondga neki. Epheta, az az, nyliatkozzal meg. Es effele chelekedetinec altala azt ielenti, hog vgan azont miueli Christus à kereszteikedö emberneclelkébe, à mit eg siket es néma emberrel chelekedéc, mikor viait füleibe bochatuan, nyalaual nyeluét illetuén, es azon igét monduán, meg nyilatkoztata füleit, es meg oda nyeluénec kötelét, vg hog szepen szollana. Mert mies az Isteni dolgokba, vakoc, némac, es siketec vagunc. De à mi vrunc à kereststég altal meg vilagosettya szemeinket hog érchüc, meg nyit-

Marc: 7.

tya

tya fůleinket hoǵ halgaſsuc, meg ereſzti nyeluůnket hoǵ beſzellyuc az ů ſzent igeiet.

Immaron, à kereſtelkedő ember ellene mond őrdögnec, minden pompainac, es chelekedetinec, es vallya hoǵ hiſzen az atyába, fiuba, es ſzent lelec Iſtenbe. Mert azert kereſtelkedic meg, hoǵ tellyes ęletébe ſoha az őrdőgnec ne ſzolgallyon, hanem az Iſtennec akarattya ſzerent ęllyen, es az igaz hitet eppen foǵatkozas nelkůl meg tarcha, es vallya.

Be vitetic oſzton à ſzenteǵhazba, holot à kereſt viz főlőt, à mellye, es à két lapiczkaia kőzi, ſzent olaial meg kenetic. Mely kenetes azt ielenti, hoǵ à ki meg kereſtelkedic, vitezzé, es bainakca leſzen, à vegre hoǵ tuſakodǵec, es vitezkedǵec az lelki ellenségec ellen. Touaba hoǵ mikeppen az emberec, vallokon ſzoktac terhet viſelni, azonkeppen ezis viſellye à Chriſtuſnac igaiát, es holtig ſoha meg ne ſzůnnyec az io chelekedeteknec munkaiátul.

A vizbe valo be meretés, iegyzi à bůnnec halalát, es el temetteteſet: A vizből valo ki vętetés, à bůnnec halalabol valo fel tamadáſt. Hoǵ mikeppen Adamba mindnyaian meg holtunc volt, azonkeppen à Chriſtusban meg eleuenedůnc. Kiuel eǵgyůt el temettettůnc à halalba, hogy mikeppen, ů fel tamadot hallottaibol az 1. Cor: 15.

atyanac dichőſege altal, azonkeppen mies az ęletnec vyſagába iariunc.

Minec vtanna peniglen az ember meg kereſteltetet à vízben, leg ottan à feiénec teteie, à ſzent Chryſmaual, auagy kenettel meg kenettetic. Mely ſzertartas altal azt ielenttyűc, hogy minden kereſtyennec à Chriſtus feie, es hogy annac tagaiual annéra eggyeſsedet, es egy teſte lőt, hogy immaron réſzes nem chac minden iauaiba, hanem még neuebenis. Mert mikeppen à mi vrunc az lelki kenettűl, à ſzent leleknec benne lakozo tellyes voltátul Chriſtuſnac, az az, meg kenetetnec neueztetet, azonkeppen mi ű tűle, mondom à Chriſtuſtul, Chriſtianuſoknac, auagy (hogy Magarul ſzollyac) kereſtyeneknec hiuattatunc.

Ezeknec főlőtte, feiérbe őltőztetic az, à ki meg kereſtelkedet, auagy chac valami feiér ruha tętetic feiére. Nem egébért, hanem hogy à feiér őltőzet reia emlekeztеſſen minket, hogy à kereſtségben meg adatic amaz artatlanſagnac tiſzta ruhaia, mellyet az első ſzűleinkbe el veſztetűnc volt. Kit tartozunc tellyes ęletűnkbe à ſzent Leleknec altala meg őrzeni, es itelet napian abba menni az őrőc bironac itęlő ſzeki eleibe.

Vege-

Vegezetre égő gértya adatic kezébe. Hog az ű világoſsága mindenkoron vgy világoſskodgec az emberec előt, hogy az atya Iſten dicherteſsec, ſ-magaſztaltaſséc az ű io chelekedetiből. Mathi 5.

Ezeket akaram ti előtőkbe adni à kereſtſségnec ereiçről, ceremoniairől, es ſzertartaſirul. Hogy megerchetec, es eſzetekbe tarchatoc, mit chelekedic Iſten emberbe ez iduőſſeges fődőnec altala. Ier kereſtellyűc meg immar à gyermeket.

His ita actis, baptizetur infans eo ordine & ritu qui ſequitur. Videtur autem expedire, ut interrogationes, & reſponſiones fiant lingua uulgari. Et ideo nos quoque non Latino tantum, ſed noſtro etiam ſermone eas hic ſubijcimus.

RITVS BAPTIZANDI.

Sacerdos inprimis interroget infantem. Quis vocaris? Ki neued? Reſpondeant compatres pro infante, quod etiam in ſequentibus obſeruandum eſt. Ioannes, vel Catherina, vel N. Ianos, vag Katalin, vag N.

Rursus interroget consequenter sacerdos & compatres respondeant. Abrenuntias Sathanæ? Ellene mondaſze az ördögnec? ℟. Abrenuncio. Ellene mondoc.

Et omnibus operibus eius? Ellene mondaſze minden chelekedetinec? ℟ Abrenuncio. Ellene mondoc.

Et omnibus pompis eius? Ellene mondaſze minden pompainac? ℟. Abrenuncio. Ellene mondoc.

Credis in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ? Hiſze az eg mindenhato atya Iſtenbe, menynec es földnec teremtöiebe. ℟. Credo. Hiſzec.

Credis in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicũ, dominum noſtrum natum & paſſum. Hiſze Ieſus Chriſtusba ũ egy ſiaba mi vrunkba, ki è vilagra ſzũletet, es ként halalt ſzenuedet? ℟. Credo. Hiſzec.

Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorũ communionem, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam poſt mortem? Hiſze ſzent Lelekbe, közönséges kereſtyen Anyaſzentegyhazat, ſzenteknec eggyeſséget, bũneinknec bochanattyat, teſtünknec fel tamadaſat, es holtunc vtan az örök életet? ℟. Credo. Hiſzem.

Deinde

Deinde insufflet sacerdos in faciem baptizandi, vel baptizandæ dicens: Exi ab eo (si vir) vel, ab ea (si fœmina fuerit.) Sathana, da honorem Deo viuo & vero. Exi immude Spiritus, da honorem Iesu Christo filio eius. Fuge & da locum Spiritui Sancto paraclito.

Mox pollice dextræ manus faciat crucem in fronte baptizandi, vel baptizandæ & dicat. Signum Sanctæ crucis domini nostri in frontem tuam pono. ✠ Similiter faciat crucem in pectore eius dicens. Signum Saluatoris nostri Iesu Christi in pectus tuum pono. ✠ Postea denuo faciat crucem ad frontem & pectus inquiens Accipe signum Sanctæ crucis tam in fronte ✠ quam in pectore ✠ sume fidem cœlestium præceptorum. Talis esto moribus, vt templum Dei iam esse possis, ingredienscp ecclesiam Dei euasisse te laqueos mortis agnosce. Horresce idola, respue simulachra, cole Deum patrem omnipotentē, & Iesum Christum filium eius. Qui cum eodem patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum Amen.

Deinde sequentes legantur orationes: Super masculos.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEVS, pater domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, disrumpe omnes laqueos sathanæ, quibus fuerat colligatus. Aperi ei domine ianuam pietatis tuæ, vt signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fetoribus carcat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum lętus tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem Christum dominum nostrum.

Oremus.

PReces nostras quęsumus Domine clementer exaudi, & hunc electū tuum N. crucis Dominicæ cuius impressione eum signamus ✠ (ponendo crucem in eius frontem) virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Super fœminas autem sic.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEVS, pater domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super

per hanc famulam tuam N. quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab ea expelle, disrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligata. Aperi ei domine ianuam pietatis tuæ vt signo sapientiæ tuæ imbuta, omnium cupiditatum fetoribus careat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum læta tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem, vt idonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

PReces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, & hanc electam tuam N. crucis Dominicæ, cuius impressione eam signamus ✠ (ponendo crucem in eius fronte) virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Quod si sal benedictum in promptu non habetur, benedicatur hoc modo.

EXorciso te creatura salis, in nomine Dei patris omnipotentis ✠ & in charitate domini nostri Iesu Christi ✠ & in virtute Spiritus San-

cti ✠ Exorciſo te per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ Sanctum, per Deum qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, in nomine Sanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſanctificando Sanctificés ✠ benedicendo benedícas ✠ vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem, Amen.

Oremus.

BEnedic omnipotens Deus hanc creaturam ſalis tua benedictione cæleſti, in nomine domini noſtri ✠ Ieſu Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ Sancti, ad effugandum inimicum, quam ſanctificando ſanctifices ✠ benedicendo benedicas, ✠ fiatq; omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus ſumentium, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Poſtea

Postea sacerdos accipiat modicum salis benedicti, & ponat in os baptizandi, vel baptizandæ dicendo.

N. Accipe salem sapientiæ, sitq; dominus tibi propitius in vitam æternam, Amen.

Exhibito sale, si baptizandus masculus fuerit, prosequatur sacerdos sequentes orationes hoc modo.

Oremus.

DEVS patrum nostrorum, DEVS vniuersæ cõditor creaturæ, te suplices exoramus, vt hunc famulum tuum, N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo repleatur cœlesti, quatenus semper sit Domine Spiritus feruens, spe gaudens, tuo nomini seruiens: perduc eum ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum &c.

DEVS Abraham, DEVS Isaac, DEVS Iacob, DEVS qui Moisi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Aegipti, eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus Domine, vt mittere digneris Sanctũ angelum tuum

qui similiter custodiat, & hunc famulum tuum, N. & perducat eum ad gratiam baptismi tui, per Christum dominum nostrum, Amen.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem DEO viuo, & vero, da honorem Iesu Christo filio eius, & Spiritui Sancto paraclito, vt recedas ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi DEVS & dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ crucis, quod nos fronti + eius damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

Oremus.

DEVS immortale presidium omnium postulantium, liberatio supplicium, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te inuoco domine super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spiritali regeneratione desiderat, accipe eum Domine: Et quia dignatus es dicere: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Petenti itaque

que præmium porrige, & ianuam pande pulsanti, vt æternam cælestis lauacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui viuis & regnas in secula seculorum. Amen.

Exorciso te immunde spiritus, in nomine patris, ✠ & filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei, N. Ipse enim tibi imperat maledicte atque damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento suscitauit. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Deinde repetatur. Ergo maledicte Diabole. Vt supra.

Oremus.

Aeternam ac mitissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens æterne DEVS, luminis & veritatis auctor, vt super hunc famulum tuum, N. benedictionem ✠ infundas, & digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum & sanctifica, da ei scientiam veram, vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, & consilium rectum, doctri-

nam Sanctam, vt aptus sit ad percipiendum gratiam baptismi tui. Per eum qui venturus est iudicare, viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Audi maledicte Sathana adiuratus per nomen æterni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi filij eius, & cum tua victus inuidia tremens, gemensque discede, nihil tibi sit commune cum seruo DEI N. iam cœlestia cogitante, renunciaturo tibi ac seculo tuo, & beata immortalitate victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui Sancto, qui ex summa cœli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, id est Sanctificatum Deo templum, & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxijs præteritorum criminum liberatus hic seruus DEI N. gratias perenni DEO referat semper, & benedicat nomen eius Sanctum in secula seculorum, Amen.

Si vero fuerit fœmina hæ dicantur Orationes.

Oremus.

DEVS cœli, DEVS terræ, DEVS angelorum, DEVS archangelorum, DEVS prophetarum, DEVS apostolorum, DEVS martyrum, DEVS confessorum, DEVS virginum,

DEVS

DEVS omnium bene viuentium, DEVS cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtriũ & infernorũ, te inuoco domine ſuper hanc famulam tuam, N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Oremus.

DEVS Abraham, DEVS Iſaac, DEVS Iacob, DEVS qui Moiſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios iſrael de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte, te quæſumus domine, vt mittere digneris Sanctum angelum tuum, qui ſimiliter cuſtodiat & hanc famulam tuam, N. & perducat eam ad gratiam baptiſmi tui, Per Chriſtum dominum &c.

Ergo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui Sancto paraclito, vt recedas ab hac famula DEI N quia iſtam ſibi DEVS & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionẽ, fontemque baptiſmatis vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ crucis quod nos fronti ✠ eius damus, tu maledicte diabole nun-

quam audeas violare. Per eundem Christum dominum nostrum, Amen.

Exorciso te immunde spiritus, in nomine patris, ✠ & filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, vt exeas & recedas ab hac famula DEI, N. Ipse enim tibi imperat maledicte, damnate atque damnande, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Repetatur. Ergo maledicte.
Vt supra.

Oremus.

Aeternam ac mitissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens æterne DEVS, luminis & veritatis auctor, vt super hanc famulam tuam, N. benedictionem ✠ infundas, & digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eam & sanctifica, da ei scientiam veram, vt digna efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, vt apta sit ad percipiendum gratiam baptismi tui. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.

Audi

AUdi maledicte sathana adiuratus per nomen æterni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi filij eius, & cum tua victus inuidia tremens, gemensque discede, nihil tibi sit commune cum serua Dei, N. iam cœlestia cogitante, renunciatura tibi ac seculo tuo, & beata immortalitate victura. Da igitur honorem aduenienti spiritui Sancto, qui ex summa cœli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, ideſt sanctificatum DEO templum, & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxijs præteritorum criminum liberata hæc serua Dei, N. gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen eius Sanctum in secula seculorum, Amen.

Orationibus supra scriptis finitis, legat sacrdos sequens Euangelium.

DOminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

SEquentia Sancti Euangelij secundum Matthæum. ℟. GLoria tibi domine.

IN illo tempore. Oblati sunt Iesu paruuli vt manus eis imponeret, & oraret, discipuli autem

increpabant eos. Iesus verò ait illis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me: talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus abijt inde.

Post Euangelium sacerdos & circumstantes flexis genibus orent. Pater noster &c. Aue Maria, &c. Credo, &c.

Deinde ponat sacerdos manum dextram super caput infantis & dicat. Nec te lateat Sathana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atq; vniuersis angelis tuis erit præparatus interitus sempiternus. Ideo pro tua nequitia damnate atq; damnande, da honorem DEO viuo & vero, da honorem Iesu Christo filio eius, & Spiritui Sancto paraclito. In cuius nomine atque virtute, præcipio tibi quicunque es spiritus immunde, vt exeas & recedas (si mas est) ab hoc famulo DEI, N quem (si autem fœmina) ab hac famula Dei, N. quam hodie idem DEVS & dominus noster Iesus Christus ad suam Sanctam gratiam atq; benedictionem, fontemq; baptismatis vocare dignatus est, vt fiat ei templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum, in nomine Domini nostri Iesu Chri-

Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Quibus expletis, sacerdos spuat in terram, & accipiat cum pollice dextræ manus, modicum de luto ex sputo, & puluere facto, & prius tangat dextram aurem infantis, dicens. Epheta, quod est adaperire. Deinde nares, inquiens. In odorem suauitatis. Postremo sinistram aurem dicendo. Tu autem maledicte diabole effugare, appropinquabit enim iudicium Dei.

Postea baptizandus, vel baptizanda, introducatur in Ecclesiam dicente sacerdote.

Ingredere in templum Dei, sine impedimento sathanæ, vt habeas vitam æternam, & viuas in secula seculorum. Amen. Et benedictio Dei patris ✠ omnipotentis, & filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super te, & maneat semper.

Vbi autem peruentum fuerit ad baptisterium, nudetur infans: & si mas est, compater: si fœmina, commater, recipiat eum in manus suas, & teneat versa facie ad orientem, alter autem siue compater, siue commater (si adest) ponat digitos super caput illius. Tuncque sacerdos interroget infantem, & susceptores eius respondeant pro ipso, hoc modo.

Abrenuncias sathanæ? Ellene mondaſze az ördögnec? Abrenuncio: Ellene mondoc.

Et omnibus operibus eius? Ellene mondaſze minden chelekedetinec? ℟. Abrenuncio. Ellene mondoc.

Et omnibus pômpis eius? Ellene mondaſze minden pompainac? ℟. Abrenuncio. Ellene mondoc.

Hinc ſacerdos intingens pollicem in oleum ſanctum, faciat cum eo crucem in pectore, & inter ſcapulas infantis dicens. N. Ego te linio oleo ſalutis in pectore ✠ & inter ſcapulas, ✠ in Chriſto Ieſu domino noſtro in vitam æternam, Amen.

Et rurſus interroget. Credis in DEVM patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? Hiſze az egy mindenhato attya Iſtenbe, menynec es fôldnec teremptôiebe? ℟. Credo. Hiſzec.

Credis in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, dominũ noſtrum, natum & paſsum. Hiſze Ieſus Chriſtusba ũ egy fiaba, mi vrunkba, ki è vilagra ſzũletet, es kènt, halalt ſzenuedet? ℟. Credo. Hiſzec.

Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam poſt mortem? Hiſze ſzent Lelekbe, kôzônſeges kereſtyen Anyaſzentegyhaz-

t,

hazat, ſzenteknec eggyeſeget, bűneinknec bochanatyat, teſtűnknec fel tamadaſat, es holtunc vtan az örök életet? R. Credo. Hiſzem.

Deinde interroget. N. Vis baptizari? N. Akarſze kereſztelkedni? R. Volo. Akaroc.

Iam que baptizet puerum, ter fundens ambabus manibus aquam ſuper caput eius, & dicens. N. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti.

Deinde intingat pollicem dextrum ſacerdos in Chriſma, & iungat verticem baptizati crucem faciendo, & dicat. DEVS omnipotens, pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu Sancto, quique dedit tibi remiſsionem omnium peccatorum. Ipſe te liniat Chriſmate ſalutis in Chriſto Ieſu domino noſtro, in vitam æternam, Amen.

Poſtea ponat linteum, vel veſtem candidam ſuper caput eius dicens.

Accipe veſtem candidam, ſanctam & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, Amen.

Poſtremo det candelam ardentem in dextram manum baptizati inquiens.

Accipe lampadem ardentem irreprehensibilem, & custodi baptismum tuum, vt cum dominus ad nuptias venerit, possis ei occurrere, vna cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, & viuas in secula seculorum, Amen. Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Vltimo legat (si placet) super baptizatum sequens Euangelium.

DOminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Euangelij secundum Ioannem. ℟. Gloria tibi domine.

In principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum, hoc erat in principio apud DEVM. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Fuit homo missus à DEO, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illũ. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria

pria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate.

Poterit sacerdos omnibus aliis iam rite peractis ad compatres haec verba facere.

Szerelmes atyamfiai, adgunc halat az vr Isteñec hogy ezt à mi fiunkat, à pokolbeli ördögnec rabsagábol meg szabadetuan, kegelmebe fogatta, es az ũ gonoruseges igaiaba be fogta. Miuel hogy peniglen, ti ũ neki lelki szülei vattoc, ha az vrIsten addig elteti ũtet, hogy okosságа, es értelme kezd lenni, et testi szülei meg halnanac, auagy ha elnenekis, de sem azoc, sem attyafiai erre gondot nẽ viselnenec, ti tartoztoc à gyermeket à mi atyankra, Iduözleg Mariara, az hitnec agazatira, es à tiz parancholatra meg tanetani. Añac fölötte Isteni félelemre, aietatosságra, minden iora, es iam borsagra oktatni, es igazgatni. Kit hogy meg miuellyetec, sziuem szerent kérlec, es intlec titeket.

His dictis, compatrum seu patrinorum nomina in librum ad hoc destinatum referat.

CAVTELÆ QVÆDAM in baptizandis obseruandæ.

SI *baptizando mortis periculum impendere uiderit sacerdos, aliis cæremonijs omissis, baptizet eum quam primum perfundens aqua, & uerba formalia proferens.* N. *Ego te baptizo &c. Sed si superuixerit ea quæ omissa fuerunt metu mortis, diligenter post baptismum statim peragat.*

Si de vita baptizandi aliqua erit dubitatio, baptizetur conditionaliter hoc modo. N. Si tu viuis. Ego te baptizo &c.

Infans in vtero matris, totus existens, etiam matre in mortis periculo constituta, nullo modo baptizari debet. Propterea quòd qui natus non est, ex aqua & spiritu, renasci non potest.

Quod si mater mortua fuerit, viuente in vtero infante, scindi debet vterus mortuæ, ac infans extrahi, & baptizari.

Si autem matre, aut infante ipso periclitante, non totum corpus infantis, sed caput solum, in quo omnes sensus fundantur ac residen, ex vtero egrediatur, debet baptizari, nec postea si eum perfecte nasci contigerit rebaptizari.

Alia etiam quacunque parte corporis egressa, si

sa, si huiusmodi periculum imminet, baptismus ei conferri debet. Quia tamen in nullo alio membro integritas sensuum ita viget, vt in capite, in hoc casu, si postea infans perfectè nascatur, tutius est secundum quorundam probabilem opinionem, eum baptizare conditionaliter hoc pacto. N. Si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.

Vbi nullum imminet periculum, semper expectandum est, vt infans totus nascatur.

BENEDICTIO FONTIS
in casu necessitatis

SI fontem benedictum non habet sacerdos, benedicat hoc modo.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos quæsumus omnipotens DEVS, & in huius aquæ substantiam, tuã immisce virtutem, vt abluendus per eam, & sanitatem simul & vitam mereatur accipere æternam, per Christum dominum nostrum, Amen.

Exorciso te creatura aquæ in nomine Dei patris ✠ omnipotentis, & in charitate domini nostri Iesu ✠ Christi filij eius, & in virtute Spiritus ✠ Sancti: omnis virtus aduersarij, omnis incursio sathanæ, omnis phantasia dæmonum, eradicare, & effugare ab hac creatura aquæ, vt fiat fons aquæ salientis in vitam æternam, & qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum DEI viui, & Spiritus Sanctus habitet in eo, in remissionem omnium peccatorum. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Tunc sacerdos misceat sacrum oleum, si habet, cum aqua, ad modum crucis infundens & dicens. Fæcundetur & sanctificetur ✠ fons iste renascentibus ex eo in vitam æternam. Amen.

Similiter & Sanctum Chrisma, si adest, infundens per modum crucis dicat. Per infusionem Chrismatis in nomine patris ✠ & filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, fiat fons aquæ salientis in vitam æternam. Amen.

BENE.

BENEDICTIO ET INtroductio mulieris in ecclesiam post partum.

VM mulier post partum ad ecclesiam se contulerit gratias Deo actura, priusquam ingrediatur, expectet sacerdotem præ foribus ecclesiæ, ut ab eo benedictionem accipiat. Vbi sacerdos superpellicio & stola indutus benedicat eam, infra scriptos psalmos, & preces recitans.

Psalmi.

DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi DEVS, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi DEVS, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicta nos DEVS, DEVS noster, benedicat nos DEVS, & metuant eum omnes fines terræ. Gloria patri & filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

BEati omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Syon & videas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Gloria patri, & filio, &c.

Kirie eleison. Christe eleison. Kirie eleison.

Pater noster, &c. Aue Maria &c.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Suscepimus DEVS misericordiam tuam.
℟. In medio templi tui.
℣. Saluam fac ancillam tuam.
℟. DEVS meus sperantem in te.
℣. Esto ei domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Mitte ei domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEVS qui per Moisen famulum tuum, Israeliticæ plebi mandasti, vt mulier quæ susceptο semine filium pareret, quadraginta diebus se ab ingressu templi sequestraret, dignare domine hanc famulam tuam ab omni inquinamento peccati mundare, quatenus in operibus mandatorum tuorum, in corpore mundato, & mente syncera, sinum matris ecclesiæ mereatur introire, & hostias pacificas pro suis delictis offerre. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEVS, & pater domini nostri Iesu Christi, qui tuum vnigenitum, vna cum matre sua semper virgini Maria, post quadraginta dierum spacium in templo præsentasti, benedicere ✠ digneris hanc famulam tuam post partum, & concede propitius, vt sicut eam per nostrum officium, templum istud terrenum introducimus, sic post finem vitæ præsentis templum cœleste mereatur introire. Per eum

qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Deinde extrema parte stolæ in manum mulieris data, eam introducat in templum dicens

Ingredere in domum DEI benedicta, & adora filium virginis, qui tibi fæcunditatem prolis tribuit, Iesum Christum dominum nostrum, mediatorem DEI & hominum. Qui cum patre & Spiritu Sancto viuit & regnat DEVS in secula seculorum, Amen.

Postea legat super eam hoc Euangelum.

DOminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Postquam impleti sunt Dies purgationis Mariæ secundum legem Moisi, tulerunt eum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon, & homo

mo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus Sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in Spiritu in templum.

Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit DEVM & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Finito Euangelio conuersus ad mulierem aspergat eam aqua benedicta, & admoneat his verbis

Agy halat az vr Istennec, hoǵ nem chac szęp magzattal meg aiandekozot tegedet, hanem annac fölötte, à szůlesnec faidalmiba ketsegben esestůl meg oltalmazot, az ördögnec alnoc inchelkedesitůl, testi es lelki veszedelemtůl meg örzöt. Vegezetre, â te beteg agyadbol fel tamasztot, es egessegedet meg atta. Es könyörögy ů szent felsegenec, hogy ennec vtannais életednec tellyes ideieben, es minden dolgaidban leǵen keǵes oltalmad, örzöd, vezerlöd, es gond

viſelőd. Tarcha meg, es neuelye fel à te magzatodat. Kit teis igékezzel ſzepen, es io modon tartani, es Iſteni felelembe neuelni. Hog midőn meg őregedic, legén à mi vrunknac Iſtenünknec aietatos, es hiv ſzolgaia.

EXHORTATIO AD SVſcipiendum Sacramentum Confirmationis.

Licet adminiſtratio huius Sacramenti ad ſolos ſpectet Epiſcopos, ad parochos tamen & alios curatos pertinet, fidei ſuæ creditos utriuſque ſexus homines, ad eius uſum & ſuſceptionem frequentibus exhortationibus inducere. Quod his uerbis facere poterunt.

CHriſtusban ſzerelmes atyamfiai, kic víztűl, es ſzent Lelektűl vionnan ſzűlettetec: Tudgatoc (mert ſokſzor hallottatoc) hogy az Anyaſzentegyhaznac ſzentſegi oly eſzközöc, mellyec altal az Iſtennec kedue, malaſztya, es draga aiandeki oſztogattatnac azoknac, à kic vellec io modon élnec. A több ſzentségec közöt peniglen egíc az erőſető ſzentseg, melynec deakul Confirmatio, Magárul Bermalas neue. Kiben ſzent

lelec

lelec adatic à kereſtyen embernec, à vegre, hogy alhatatos leheſſen à hitnec tartasába, batorságos annac vallasába, erős, es gőzedelmes az ű lelki ellenſegi ellen valo viaskodasba. Mert mikeppen az Iſrael fiai midőn Aegiptusbol ki ſzabadulanac, es à vőrős tengeren altal kelenec, mínec előtte az igiretnec főldere iutottac volna, ſoc nyaualyat, es nyomoruſagot ſzenuedenec à kietlenbe, es ſoc ellenſegekcel (kic űket nem akariac vala az nekic igertetet teiel, mezzel folyo főldre be bochatni) meg viuánac, kiken ſoha gőzedelmet nem vehettenec volna, ha az Iſtennec kiualtkeppen valo, es chodalatos hatalmaſsága, oltalma, es ſegetſege velec nem lőtt volna, azonkeppen mies noha az őrdőgnec birtokabol à kereſtségben egſzer meg ſzabadultunc, mind az altal valamég ez vilagnac kietlen puſztaiába budoſunc, ſoha meg nem ſzűnic à ſathan vtannunc olalkodni, ſőt mint eg ordeto oroſzlany körűlűnc forog, modot kereſuen benne, hogy vagy titkon valo alnac kiſzteteſiuel, vagy az ű tagiainac, vgy mint hamis prophetaknac, botrankoztato életű embereknec, kegyetlenekneq, es dihős őldőklőknec altala, el ſzakaſzon minket az Iſtentűl, meg tagattaſsa velűnc az igaz hitet, meg főrtőzteſse az kereſtségben adatot artatlansagnac ruhaiat, es ęiel nappal azon igye- 1. Pet. 5.

kezic hogy vaǵ eǵkeppen, vagy más keppen eſzůnket veſzeſse, el idegenechen à Chriſtusban valo eǵigyůſęgtůl meg vonnyon az igeret fôldęnec, az az, à menyorſzagnac kiuanſagátul, vionnan rabbá teǵen, es karhozatra viǵen. Meni ſoc ſzantalan embert meg ǵôzôn penig, es az
Marc: 22. Luc: 14. Iſten orſzagátul el ſzakaſzon effęle inchelkedeſiuel, meg teczic à Chriſtuſnac pelda beſzedębôl, melybe azt ielenti, hoǵ à kic fôkeppen hiuataloſoc valanac à kiraly ſia menyekôzôiebe, el nem menęnec.

Mit kel tahat minekůnc mineluůnc, hogy mies vǵan ezen ellenſęgtůl meg ne ǵôzeteſsůnc?
Iob. 7. Vitezkedes az embernec è fôldôn valo ęlete,
1 Thim: 1. azt mondǵa Iob. Vitezkedǵůnc azert. Vitezkedǵel io vitezkedeſt, azt paranchollya ſzent
2. Thim: 4. Pál Timotheuſnac. Maga felôl penig. Io viadalt vittam, vǵ mond, à futaſt el vegeztem. Azt kel nekůnkis miuelnůnc. De à vitezkedeshez erô, es batorsàg kel. Hol veǵůc azt, mert à mi termeſzetůnkbe nem talaltatic: Iſtentůl kel kérnůnc, es varnunc. Midôn Chriſtus az apoſtolokat à vitezkedeshez keſzeti vala, azt monda
Luc: 24. nekic. Maradǵatoc Hieruſalembe, męglen fel ôltôztettec erôuel magaſsagbol. Nem vaǵunc elegec mi magunktul, hanem à mi elég voltunc Iſtē-
2. Cor: 3. 2. Cor: 12. tul vaǵon. Ezokaért mikoron ſzent Palis à Sa-

than

than angáltul nyakon veretnęiec, haromſzor kőnyőrge Iſtennec hogy el venne tűle, es monda neki az Iſten: elęg neked az én malaſztom. Latode hogy az Iſtentűl adatęc ſzent Palnac malaſzt, es erő, kí altal elégendő lőn à ſathan ellen valo viaskodaſra.

Meg adgya moſtanis vgan azon malaſztyát Iſten, es fel feguerkeztet az ű ſzent lelkęnec altala az mi ellenſegűnc ellen, chac kériűc űtet, es élyűnc az eſzkőzőkcel, melyec altal, az ű ſoc kűlőmb kűlőmb fele malaſztos aiandekit oſztogatni ſzokta.

Immar meg kereſtelkettűnc, es à kereſtségben à ſzent Leleknec tiſztéto malaſztya az eredet bűnnec tiſztetasára meg adatatot. Ehez ſzűkőlkődűnc batoreto, es erősétő malaſztya nelkűlis, hogy batorsággal valhaſsuc hitűnket, es erősen tuſakodhaſsunc ellenseginc ellen. Hol adatic az nekűnc? A kereſtségbenec? Nem. Más kilső ſzent iel vagon, kiben az meg adatic. A Confirmatio, az erősető ſzentség, kit Magarul Bermaláſnac hiuunc.

Ketség nelkűl meg kereſtelkettenec vala immar akcoron az apoſtoloc, midőn à veg vachora vtan Chriſtus imezt monda ſzent Peternec. Simon ime à ſathan meg kęrt titeket hogy meg roſtallyon mint à buzat. Megint mind az Luc: 22.

Math: 26. tizenkét Apoſtoloknac. Mindnyaian meg bo-
trankoztoc tiez ęiel én bennem. Mely monda-
ſoc vtan, laſsuc mint iarânac ſzegenyec.

El kezde à roſtalaſt az ôrdôg, à tanetuany-
oknac à tôbbi io ideien meg iedenec, es Chri-
ſtuſt à kerben el haguan el futanac. Peter es la-
nos tauul, kôuetec à papi feiedelem hazahoz.
Ot ſem nyuguuec az ôrdôg, ellene tamaſzta Pe-
ternec, elôſzer az aito âllo erôtlen leanyokat, az
vtan à ſzolgakat fertatni kezdęc ũtet monduan,
hogy à Ieſus (ki imar fogua vala) tanetuan-
nya volna. Meg iede ſ-chac hamar haromſzor,
es vegre vgan eskũeſsel ſ-atkozodaſsal tagadaſ-
ſal tagada azt monduan, hog ingen ſem tudna,
ki volna à Ieſus. Annakvtannais hogy Chriſtus
halottaibol fel tamada, męgis felelmeſec lônec, ai-
to be zârua lappangnac vala à hazba à ſidoktul
valo fęltekbe.

Lattyatoke, hogy à kereſtsegbe nem ada-
tot volt nekic âſzent Lęleknec batoreto, es erôſ-
ſęto aiandeka, hanem az vtan pinkôſd napian
à tũzes nyelueknec ielęben adatec. Es az
naptul fogua oſzton nem felęnec ſenkitũl, ha-
Actor: 2. 4. nem batorſaggal vallac à leſuſt, bizuaſt hir-
detec az Euangeliomot, es nagy hatalommal
tônec tanubizonſagot vrunknac fel tamadaſa
felôl.

Nem

Nem parancholta volna iduőz-tőnc, hog (à mint nem regenis mondam) addig Hieruſa- Luc: 24.
Vt sanitatem ei dones, Te rogamus audi nos.

Vt à præsenti periculo & infirmitate eum liberare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt ab ardore febrium eum liberare digneris, Te rogamus audi nos.

à morte perpetua eum liberare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt indulgentiam omnium peccatorum suorum ei dones, Te rogamus audi nos.

Vt eum exaudire digneris, Te rogamus audi nos.

Vt eum custodire digneris, Te rogamus audi nos.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere ei domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce ei domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Dona ei pacem & sanitatem.

Christe audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluum fac seruum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per beatum Iacobum Apostolum tuum inducere præsbiteros Ecclesiæ, & inungere infirmos præcepisti, præsta quæsumus, vt digneris per manus nostras, hunc famulum tuum infirmum, vel (si fœmina erit) hanc famulam tuam infirmam, de oleo sanctificato vngere, & benedicere, & quod fideliter postulantes exterius agimus, hoc interius spiritualiter diuina tua virtus inuisibiliter

ter operetur. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Oremus.

DOmine DEVS qui per Apostolum tuum Iacobum locutus es dicens: Infirmatur quis in vobis, inducat præsbiteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto, in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sint dimittentur ei: cura quæsumus Redemptor noster gratia Spiritus Sancti languores huius infirmi (vel si fœmina est) infirmæ, & sua sana vulnera, eiusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamque interius & exterius sanitatem misericorditer redde, vt ope misericordiæ tuæ restitutus, vel restituta, ad pristina reparetur officia. Per Christum dominum nostrum.

Hic imponens sacerdos manus super infirmum dicat.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, imô per inuocationem omnium sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum omniumque sanctorum, Amen.

Deinde intingat sacerdos pollicem dextræ manus in oleum infirmorum, & inungat membra infra scripta infirmi, signum crucis in eis faciens.

Et primo, palpebras oculorum, dicens.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus, quicquid oculorum vitio deliquisti. Amen.

Secundo, vngat aures, & dicat.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi dominus, quicquid aurium vitio deliquisti. Amen.

Tertio, vngat nares inquiens.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus quicquid narium vitio deliquisti. Amen.

Quarto, vngat labia dicens.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus, quicquid linguæ vel oris vitio deliquisti. Amen.

Quinto, vngat vtranque manum hæc verba proferens.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus quicquid tactu manuum seu carnis vitio deliquisti. Amen

Sexto

Sexto, vtrunque pedem cum hac verborum prolatione.

Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus, quicquid incessu pedum, aut lumborum vitio deliquisti. Amen.

Et tandem subiungat orationes sequentes.

Oremus.

RESpice quæsumus domine famulum tuum N. vel si fœmina fuerit, famulam tuam N. in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refoue, quam creasti, vt castigationibus emendatus vel emendata, se sentiat tua medicina saluari. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine sancte pater omnipotens æternæ DEVS, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste, vt famulum tuum, vel famulam tuam ab ægritudine liberans, & sanitate donans dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, Ecclesiæ tuæ, sanctisque tuis al-

taribus cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Oremus.

DOminus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat, intra te sit, vt te reficiat, circa te sit, vt te conseruet, ante te sit, vt te deducat, post te sit, vt te custodiat, super te sit, vt te benedicat. Cui honor est & gloria in secula seculorum. Amen.

Oremus.

DEVS qui discipulis tuis manus super infirmos ponere, vt bene haberent præcepisti: DEVS qui per Apostolum tuum Iacobum infirmos sacro oleo iniungi & pro eis rogari docuisti: DEVS qui per impositionem manuum sacerdotum, cum sancti nominis tui inuocatione, peccata relaxari voluisti, exaudi orationes nostras, & da huic famulo tuo vel famulę tuæ infirmitatis pondere pressо vel pressę, per hoc sacrum mysterium, quod nos indignos famulos tuos agere præcepisti, remissionem omnium peccatorum, quatenus per hanc sacri olei vnctionem & manuum nostrarum impositionem, cuncta ei facinora sancti Spiritus gratia relaxentur, venia impetretur, sanitas animæ & corporis restituatur, & non plus ei noceat conscientiæ reatus ad pœnam,

nam, quam indulgentia tuæ pietatis atque remissionis ad reconciliationem & veniam, Per Christum dominum nostrum, Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ.

Primum dicatur Litania vt supra 133.

Deinde dum anima in agone sui exitus anxiatur, dicantur sequentes orationes.

PRoficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine DEI Patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Iesu Christi filij DEI viui, qui pro te passus est: In nomine Spiritus sancti, qui in te fusus est: In nomine Angelorum & Archangelorum: In nomine Thronorum & Dominationum: In nomine Principatuum & Potestatum: In nomine Cherubin & Seraphin: In nomine Patriarcharum & prophetarum: In nomine sanctorum Apostolorum & Euangelistarum: In nomine sanctorum Martyrum & confessorum: In nomine sanctorum Monachorum & Eremitarum: In nomine virginum & omnium sanctorum & sanctarum DEI: hodie sit in pace locus tuus & habitatio tua in sancta Sion.

Oremus.

DEVS misericors, DEVS clemens, DEVS qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas, venia remissionis euacuas, respice propitius super hunc famulum tuum vel famulam tuam N. & remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi: Renoua in eo, vel in ea pijssime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & vnitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte: miserere domine gemitum, miserere domine lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte, Per Christum dominum nostrum. Amen.

Commendo te omnipotenti DEO, cuius es creatura, vt cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad creatorem tuum, qui te de limo formauit reuertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, splendidissimus angelorum chorus occurrat. Iudex Apostolorum te senatus circundet Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Lucida rutilantiũ te confessorum turba circumornet. Iubilantium

te vir-

te virginum chorus excipiat, & beatæ quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat. Mitis atque festiuus Christi Iesu tibi conspectus appareat, qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sathanas, cum satellitibus suis, & in aduentu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat DEVS & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores a facie DEI. Confundantur igitur & erubescant omnes Tartareæ legiones, & ministri Sathanæ, iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus filius DEI intra paradisi sui semper amæna virentia, & inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus tuis peccatis te absoluat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat, vt redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præsens semper assistens, manifestam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus vel constituta igitur inter agmina beatorum contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in secula seculorum, Amen.

Oremus.

SVscipe domine seruum tuum vel famulam tuam in locum sperandæ saluationis sibi à misericordia tua præparatum, Amen.

Libera domine animam eius ex omnibus periculis infernorum, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. Amen.

Libera domine animam huius, sicut liberasti Enoch & Heliam de communi morte mundi, Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Noe de diluuio, Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Abraham, de Hur Chaldæorum, Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Iob de passionibus suis, Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Isaac de hostia, & de manu Abrahæ patris sui, Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Loth de Sodomis & de flamma ignis, Amen.

Libera domine animam huius, sicut liberasti Moisen de manu Pharaonis regis Aegiptiorum, Amen.

Libera domine animam huius, sicut liberasti Danielem, de lacu leonum, Amen.

Libera

Libera domine animam eius, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Susannam de falso crimine. Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Dauid de manu Saul & de manu Goliæ. Amen.

Libera domine animam eius, sicut liberasti Petrum & Paulum de carceribus. Amen.

Et sicut liberasti gloriosissimam virginem & martyrem tuam Teclam de tribus tormentis atrocissimis, sic liberare digneris animam huius & tecum facias in bonis congaudere cœlestibus, Amen.

Commendamus tibi domine animam famuli tui, vel famulæ tuæ, precamurque te Iesu Christe, saluator mundi, vt propter quam ad terram misericorditer descendisti, patriarcharum tuorum sinibus insinuari non renuas. Agnosce domine creaturam tuam, non ex dijs alienis creatam, sed à te DEO solo, DEO viuo & vero: quia non est DEVS alius præter te, & non est secundum opera tua. Lætifica domine animam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas suscitauit furor siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauit, tamen patrem, & filium, & Spiritum sanctum

ctum non negauit, sed credidit, & Zelum DEI in se habuit, & DEVM, qui fecit omnia fideliter adorauit. Qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

Delicta iuuentutis, & ignorantias eius quæsumus ne memineris domine, sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aeperiantur illi cœli, collætentur ei angeli, in regnum tuum domine animam huius suscipe. Suscipiat eam sanctus Michael archangelus DEI, qui militiæ cœlestis meruit principatum. Veniant illi obuiam sancti Angeli DEI, & perducant eam in cœlestem Hierusalem. Suscipiat eam beatus Petrus Apostolus, cui à DEO claues regni cælestis commissæ sunt. Adiuuet eam sanctus Paulus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro ea sanctus Iohannes Apostolus & DEI dilectus, cui reuelata sunt secreta cœlestia. Orent pro illa omnes sancti Apostoli, quibus à domino data est potestas ligandi atque soluendi. Intercedant pro ea omnes sancti DEI, qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt, vt peruenire mereatur ad gloriam regni cœlestis, præstante domino nostro Iesu Christo. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti DEVS, per omnia secula seculorum, Amen.

Si

Si adhuc anima in corpore anxiatur legat aliquis passiones dominicas, & ponatur crux Christi ante conspectum eius.

Cum autem recesserit anima dicatur. Responsorium.

℣. Subuenite sancti DEI, occurrite Angeli domini suscipientes animam eius. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. ℟. Offerentes eam. ℣. Requiem æternam dona ei domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes.

Deinde preces. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣ Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius.

℣. Credo videre bona domini. ℟. In terra viuentium:

℣. Ne tradas bestijs animam confitentem tibi.

℟. Et animã pauperis tui ne obliuiscaris in finẽ.

℣. Domine miserere ei. ℟. Christe parce ei.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

TIbi domine commendamus animam famuli tui, vel famulæ tuæ N. vt defunctus vel defuncta seculo, tibi viuat, & quæ per fragilitatem mundanæ conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis deleas & abstergas. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

SVscipe domine animam, quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es, & libera eam de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, vt absoluta omni vinculo peccatorum, quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter sanctos & electos tuos in resurrectionis gloria inueniri mereatur, præstante Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti DEVS, per omnia secula seculorum, Amen.

ORDO SEPELIENDI MORTVOS.

POst quam clerus cum processione, ad domum in qua corpus defuncti iacet peruenerit. Parochus vel alius sacerdos incipiat. Oremus pro fidelibus defunctis.

Et

Et chorus prosequatur. Requiem æternam &c.

Canteturque primus nocturnus matutini, ex officio pro defunctis.

Quo finito subiungatur antiphona Absolue domine &c:

Et canticum, Benedictus Dñs Deus Israel, &c.

Finito cantico repetatur Antiphona, & dicantur preces. Aporta inferi &c.

Et si defunctus est sacerdos. Oratio.

Deus qui es tuorum gloria sacerdotum &c. &, Fidelium DEVS &c.

Si autem laicus fuerit. Oratio Inclina Domine &c. Et, Fidelium &c.

His addatur suffragium de Angelis. Michael præpositus Paradisi &c. cum suo versiculo & oratione.

Postremo dicatur. Requiem æternam. ℟. Et lux perpetua &c.

Et concludatur sic. Requiescat in pace. Amen.

Quæ omnia habentur in Breuiario.

Breuius.

SAcerdos incipiat. Oremus pro fidelibus defunctis. Chorus prosequatur. Requiem æternam &c. Postea cantetur Inuitatorium. Circumdederunt me gemitus mortis, cum Psalmo

Venite exultemus. Deinde antiphona. Absolue, & canticum. Benedictus dominus &c. Cum aliis quæ deinceps sequuntur, vt supra.

Quibus finitis aspergat sacerdos defunctum aquâ benedicta, & thurificet. Moxque præcedente processione portetur defunctus ad templum, choro cantante Responsorium. Libera me Domine &c.

Quo postquam peruentum fuerit, deponatur corpus in medio templi, & cantetur, Missa pro defunctis: Post Missam cantetur Antiphona. In paradisum deducant te angeli, cum Psalmo, De profundis. Et interim corpus deponatur in sepulchrum aspergatur aqua benedicta, & thurificetur.

Demum sacerdos cantet preces. A porta inferi &c. Cum orationibus, vt supra.

Sepulto corpore, uel priusquam illud in sepulchrum deferatur, Parochus uel aliquis alius è numero cleri, poterit populum sequenti, aut simili exhortatione alloqui.

Exhortatio ad eos qui funeri interfunt.

LAtom szerelmes attyamfiai, hogy ez mi meg holt felebaratunknac temetesère sokan gyültetec

gyültetec ide, ſ-dicheremis. Mert az ſzent irás- Thobit. 2. 12
ſis dicheri Thobiaſt érette, hogy halottakat temetet. De nem elég itt lennetec, hanem arrais gondot kel viſelnetec, hogy à ti itt letetek-nec valami haſznat vegyetec. Haſznos vgyan chac azis hogy itt vattoc, miuel hogy à halottaknac temeteſe à kereſztyeni kegyeſségnec, auagy Iſteneſegnec tiſzti, melynec igerete vagyon, azt iria ſzent Pal, mind è ielen valo, ſ-mind 1. Thim: 4.
à iöuendö életnec iauai felöl. De moſtan nem affele haſzonrul ſzolloc, hanem à tanulſagrol, mellyet ez halotnac latasábol kel vennetec. Hogy midön ſzemetec elöt forog az holt embernec teſte, meg emlekezzetec rulla, hogy nektekis meg kel halnotoc. Horankint igyekezzetec raita, hogy az halál titeket keſzen talallyon.

Meg kel mondám halnotoc. Mert bizony dolog ez, hogy valaki è vilagra ſzületic, mindennec megint à halál altal ki kel è vilagbol menni. Egy törueń, egy Decretom, es egy vegezes ſzarmazot ki à ſzent haromſagnac tanachábol, à tellyes emberi nemzetre, mely elöt ſenki el nem mehet, ſenki attul meg nem ohattya magat, ſenki azt meg nem valtoztathattya. Mellyic az à vegezes? El vagyon vegezue, vgy mond ſzen. Pal, hogy minden embernec egyſzer meg Heb: 9.

kel halni. Sem Papa, ſem Chaſzar, ſem kiraly, ſem Feiedelem, ſem piſpöc, ſem pap, ſem barat, ſem Grof, ſem Vr, ſem nemes, ſem nemtelen, ſem tudos, ſem tudatlan, ſemkazdag, ſem ſzegeny, ſem vén, ſem ifiu, ſem firfi, ſem aſzony ember, ſem kichin, ſem naǵ, ſohol ſenki è vilagon, azt el nem kerülheti, ſem altal nem haghattya, hanem mindennec reia kel menni. Egyeb nem lehet benne, vagy akariuc vagy nem, mindnyaian meg kel halnunc.

Mikor el iü az Hora ſem könyörgeſſel, ſem aiandekcal, ſem ſiraſſal à halalt meg nem engeſztelhettyuc. Nem vehettyuc ü elöle maſua igünket, nem valaſzthatunc más birot magunknac, ki töruen ſzerent laſſa meg, ideieę immarinnęt ki mennünc vagy nem. Sem törtül ſem paiſtul, ſem kopiatul, ſem puskátul, ſem egyebnemü feǵuertül à halal nem fęl. Sem erös kü varba, ſem erdöbe, ſem bokorba, ſem hegyen, ſem völgyön, ſem hazunknal, ſem egyebüt ü elötte el nem reitezhetünc. Seminemü meſterſeggel, ſemminemü bölcheſeggel, ſemminemü alnakſaggal à halaltul meg nem menekedhetünc. El vagyon vegezue, hogy minden embernec meg kel egyſzer halni.

Mit mondgyuc tahat? Minec neuezzüc à
Iac: 4. mi életünket è földön? Azt iria ſzent lakab, hoǵ ollyan

ollyan mint à pára, mely keués ideig laczic, es annac vtanna el enyeſzic. A kőzőnſeges pelda beſzedben pen glen, haſonlettatic az emberi élet à buborekhoz, mely valameni ideig igen mutogattya magat à vizen, de nem ſokat tart, mert chac eg kis ſzalma ſzálba ůtkőzzekis ottan meg fakad, es ſemmiue leſzen. Oly hamar el mulic, à bőlchnec mondaſakent è vilagi életůnc minden teſti iauaiual egyetembe, mint az arnyec, mint az hamar futo poſta kőuet, mint à vizen labbo haio, es mint az égen rőpůlő madar. Sap: 5.

A mezei virag igen ſzép, de nem ſokaig marad, hanem chac hamar meg fonnyad, el ſzarad es el hul. Nem kůlőmben vagyon nekůnkis è foldőn dolgunc. Azert beſzelget imigyen ſzent Iob. Az aſzonyallattul ſzůletet ember, keues ideig élhet. Soc nyaualyaual meg telic, es mint egy virag ki neuekedic de hamar meg romol, es vgy mulic el mint egy arnyec, es ſoha azon allapatba nem marad. Kialch (vgy mond Eſaias) es mondéc. Mit kialchac? Minden teſt ſzena, es annac minden dichőſege ollyan, mint à mezei virag. Meg ſzarat à ſzena es el hullot annac viraga. Mind ezec azt bizonettyac, hogy nem chac halando, hanemrőuidis à mi életůnc è főldőn. Azt ſem tudgyuc mely horába ki kel innet mennůnc. Iob: 14. Eſa: 40.

Annakokaért ſenki hoſzu életet maganac ne igerien, es è ielen valo rőuid életebe remenſęget ne veſſe. Vgyanis à ki el hiſzi magaba, hogy ſokat él, es è vilagi életnec iauaiba bizic, azt az iras bolondnac neuezi. Tudgyatoc, mert oluaſtatoc, auagy chac hallottatoc, minemű pelda beſzedet ſzolla Chriſtus ſzent Lukachnal.

Luc: 12.

Vala vgy mond egy neminemű kaſzdag ember, kinec ſzanto földe beűſegeſen terempter vala, es magaban gondolkodic vala, monduan. Meǵgyec? mert ninchen houa be raknom gabonamot. Es monda. Ezt miuelem. Le tőrőm chűreimet, es nagyobbakat eppétec, es oda gyűtőm be minden gabonamat, es iauaimat, es ezt mondom az én lelkemnec. Lelkem, ſoc eſztendőre el tőtt iauaid vannac, nyugodǵal, eǵel, iǵal, őruendez. Az Iſten kedig monda neki. Te bolond, ez eiel à te lelkedet meg kéric te tűled, es à mit ǵűitőttél kire marad? Hiſzem hallyatoc, hoǵ bolondnac neuezi Chriſtus azt, à ki ſoc eſztendőre tart ſzamot, es meg nem gondoluan életénec rőuid voltat, annyit gyűt maganac, hoǵ éltebe ſoha meg nem győzi emeſzteni.

No azert attyamfiai, értuen hogy à mi életűnc igen rőuid, es hogy altalan fogua meg kel mindnyaian halnunc, laſſatoc dolgotokhoz, es mindeneknec fölőtte azon iǵekezzetec, es abba

tőrietec ſeieteket, hogy valamikor iű el az halal, valamikor hi Iſten titeket à más vilagra kéſzen talallyon. Emlekezzetec meg à mi iduőzetőnkncc ſoc ſzép, es dragalatos intesirűl. Ti es vgy mond keſzec legyetec, mert à mely horan nem velnetec el iű az embernec fia. Vigázzatoc mert ſem napiat, ſem horaiat nem tudgatoc. Vigyazzatoc azert, mert nem tudgatoc mikor iű el à ti vratoc. Eſtueę, auag eiel, auag tikſzokor, auagy reguel, hogy midőn hertelen el iőuend aluua ne talallyon titeket. Boldogőc à ſzolgac, kiket midőn az vr el iőuend vigyazua talal.

Luc: 12. Math: 25. Marc: 13. Luc: 12.

Ime mely ſzorgalmatoſsaggal, es meni heſyen int minket à Chriſtus, hog vigyazzunc, es kéſzec legűnc. Vallyon miert miueli azt? Mert tudga hog à kit mibe talal, az vtolſo hora abban iteltetic meg. A kic kéſzec, azoc be mennec az őrőc dichősegnec menyekzőiębe, à kic peniglen keſzűletlen talaltatnac, be tętetic azot előt à kapu.

Math: 25.

De talam aztis akarnatoc tudni, mi legyen à kéſzűlet, es à vigyazas, mellyet à mi vrunc kéuan mi tűllűnc. Meg mondom, es igen rőuid ſzoual mondom.

A hit, es minden halalos bűntűl meg tiſztettatot io lelki eſmeret. Mely két dolgot ſzent Palis keuan vala Timotheuſtul igy tanetuan

1. Thim: 1. ũtet. Fiam Timotheus, ezt è parancholatot aian-
lom teneked, hogy io vitezſęget vitezkedgyel,
meg ŏrizuen à hitet, es az io lelki iſmeretet. Vg
kellene feienkent életũnket rendelnũnc, hogy
Actor: 24. mondhatnoc azt à mit vgyan azon ſzent Pal
mond vala maga felŏl. Ebben gakorlom maga-
mat, hogy botrankozas nelkũl valo lelki iſmere-
tem legyen mindenkoron az Iſtennel, es embe-
reknél.

El esũnc vgan gyakorta, es meg fŏrtŏztet-
tyũc à mi lelki eſmeretũnket. De modunc vagy-
on benne, à mint fel tamadgyunc, es vionnan
meg tiſztullyunc. Teriũnc meg, tarchunc pæ-
nitentiat, veſsũnc véget à bũnnec, es iobbe-
cziuc meg életũnket, folyamiunc à mi iducze-
Pſalt: 50. tŏnkhŏz, es kériũc ſzent Dauiddal, hogy Iſop-
pal hinchen, es moſſon meg minket, az az, Szent
vére hullaſanac erdemiert bochaſſa meg, es tŏ-
rŏllye el bũneinket, ſzentellyen meg, es moſſon
meg minket, es tiſztac ſ-oly feięrec leſzũnc mint
az hŏ.

A ki è ſzerent vigyaz, es keſzũl, meg ŏriz-
uén à hitet, es az io lelki eſmeretet, nem ęl az à
halultul, hanem vigan mulic ki ez vilagbol. Mint
ſzent Pal, ki annéra nem rettegte à halalt hogy
vgyan kevantais. Azert ſzol imillyen modon
Phil: 2. egy helebe. Kevanom ki multomat, hogy à

Chriſtuſſa

Christussal eggyůt legyec. Es midőn az vr Isten meg ielentette volna neki, hogy az ů halala kőzel volna, halgassacza mint biztattya magat, es mint dichekedic benne, hogy bizonyos fizetesre menne, miuel hogy lelki esmereti tanubizonsagot tenne rulla, hogy hitit meg tartotta, es iol iárt el hiuatallyaba.

Immar vgy mond aldoznac én velem, es az én ki mulasom ideie kőzel vagyon. Io bayt vittam, à futast el vegeztem, à hitet meg tartottam. Touabba immar el tetetet nekem az igazsagnac Coronaia, mellyet meg ád nekem az vr ama napon, az igaz biro. 2. Thim: 4.

Kőuessetec ties à szent Pal Apostolnac peldaiat, à hitet meg ne szegietec, őrizzetec lelki esmereteket minden fertelmessegtůl, es ketsęg nelkůl azon io remensęgbe, es bizodalomba mulhatoc ki è vilagbol à mint ů ki mult.

A felseges mindenhato vr Isten segelyen hozza titeket, hogy azt miuelhessetec, es az mi meg holt attyankfianac lelkęt vige Abraham patriarchanac kebelyebe, az az, à nyugodalomnac helyére, holot adgya meg ů neki azt à boldogsagot es őrőc életet, mellyet keszetet azoknac à kic ů benne hisznec, es ůtet szeretic. Vegezetre mind ennec s mind minekůnc az vtolso iteletnec napiamengedgen őruendetes, es dichőseges fel tamadást, Amen.

BENEDICTIO AQVÆ cum sale, ad aspergendum populum, quæ fit singulis diebus Dominicis.

Sacerdos aquam cum sale benedicturus, indutus superpellicio & stola (quod in alijs etiam quæ sequuntur benedictionibus seruandum est) descendat ad locum, ubi est aqua ad benedicendum præparata. Et ante omnia legat Symbolum Apostolorum. Credo in DEVM patrem omnipotentem &.

Deinde dicat ℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis.

Et subiungat sequentem salis & aquæ exorcismum ac benedictionem.

Primo super sal.

EXorciso te creatura salis, per DEVM ✠ viuum, per DEVM ✠ verum, & per DEVM ✠ sanctum, per Deum qui te per Heliseum Prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, vt sis omnibus te sumentibus salus mentis & corporis, & effugiat atque discedat ab eo loco, quo aspersus fueris, omnis phantasia & nequitia, vel versutia Diabolicæ fraudis omnisque

omnisque Spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

IMMensam clementiam tuam omnipotens æterne DEVS humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam ad vsum humani generis tribuisti, benedicere ✠ & sanctificare ✠ pro tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immundicia, omnique impugnatione Spiritualis nequitiæ. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Deinde super aquam.

EXorciso te creatura aquæ in nomine DEI Patris ✠ omnipotentis, & in nomine Iesu ✠ Christi filij eiusdem, domini nostri, & in virtute Spiritus ✠ sancti, vt fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas, cum Angelis suis apostaticis, per eundem dominū nostrum Iesum Christū. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

DEVS qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis ✠ infunde, vt creatura mysterijs tuis tibi seruiens, ad abijciendos dæmones, morbosque pellendos, diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni immundicia, liberetur à noxa, non illic resideat Spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis dicens.

Fiat hæc commixtio salis & aquæ pariter in nomine Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Super vtrumque.

℣ Vox domini super aquas, DEVS maiestatis intonuit, ℟. Do-

℟. Dominus super aquas multas.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo.

Oremus.

DEVS inuictæ virtutis auctor & inseparabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis seuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes & supplices deprecamur ac petimus, vt hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices ✠ vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem tui sancti nominis, omnis infestatio immundi spiritus abijciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia Spiritus Sancti nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti DEVS, per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo. Benedicamus Domino. ℟. DEO gratias.

Et benedictio DEI Patris ✠ omnipotentis, & Filij, ✠ Spiritus ✠ Sancti, descendat & maneat super hanc creaturam salis & aquę. Amẽ.

Tunc aspergat populum dicens:

Asperges me Domine hysopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper & in secula seculorum. Amen. Lauabis me &c.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuã.
℟. Et salutare tuum da nobis.

Oremus.

PRæsta nobis quæsumus domine per hanc sanctificatæ aquæ aspersionem, sanitatẽ mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, fructum charitatis, hic & in æterna secula seculorum, Amen.

BENEDICTIO PABVLI in festo sancti Stephani protomartyris.

Primo legatur Epistola de die, hoc modo.

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo, Surrexerunt autem quidam de Synagoga

Synagoga quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur. Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantẽ à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem. Domine Iesu accipe Spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in Domino.

Deinde Euangelium quod sequuntur.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. ℟. Gloria tibi domine.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & super seminauit Zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, apparuerunt & Zizania. Accedentes autem serui patris familias dixerunt ei. Domine noñe bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet Zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul & triticum, Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Finito autem Euangelio dicatur:

PEr istos sermones sancti Euangelij, indulgeat nobis Dominus noster Iesus Christus vniuersa nostra crimina & delicta, Amen. Deinde. Benedicat dominus hanc creaturam pabuli. ✠

Et Psalmus:

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est

gaudio

gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amē.

Postea preces & orationes sequentes.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine DEVS pater omnipotens, creator cœli & terræ, rex regum & dominus dominantium, exaudi nos famulos tuos clamantes & orantes te, qui omnia de nihilo creasti, & hoc pabulum cum cæteris creaturis ad vsus animalium, & ad eorum nutrimentum fecisti, qui hodierna die petitionem sancti Stephani protho martyris adimplesti, te humiliter deprecamur,

vt hanc creaturam tuam per inuocationem sancti nominis tui, & per intercessionem Beatæ Mariæ virginis genitricis tuæ, & per merita beati Stephani prothomartyris tui, cuius festum hodie recolimus, & per preces omnium sanctorum tuorum benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris, vt quæ animalium ex eis gustauerint, sanitatem integraliter accipiant, per te Iesu Christe, cuius solo verbo omnia restaurantur, salutor mundi rex æternæ gloriæ. Qui in trinitate perfecta viuis & regnas DEVS, in seculla seculorum, Amen.

Oremus.

DEVS qui temporibus Heliæ prophetæ, cœlum à nubibus restringendo clausisti, & rursum aperiendo te mirabiliter ostendisti, exaudi preces plebis tuæ, per vnigenitum tuum, quem consubstantialem, coæqualem tibi in diuinitate credimus, per spiritum sanctum paraclitum, quem ab vtroque procedere confitemur, & per meritum beatissimi prothomartyris Stephani, cuius hodie festum celebramus, vt benedicas ✠ & san ✠ ctifices hoc pabulum, vt quæcunque animalia ex eo gustauerint, adiutorium omnium sanitatum ac virtutum recipiant, per te Domine sancte Pater. Qui cum Filio, & Spiritu Sancto viuis

viuis & regnas DEVS, per omnia secula seculorum. Amen.

Et benedictio DEI patris ✠ pmnipotentis, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti, descendat & maneat super hanc creaturam pabuli, Amen.

Vltimo aspergatur pabulum aqua benedicta.

BENEDICTIO VINI IN festo Sancti Joannis Euangelistæ.

Primo legatur Euangelium, quod sequitur.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem. Gloria tibi domine.

N illo tempore. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis

eis Iesus. Haurite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt: vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat Sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc, hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. Concludendo.

Per istos sermones sancti Euangelij indulgeat nobis Dominus noster Iesus Christus, vniuersa nostra crimina & delicta, Amen.

Benedicat ✠ dominus noster Iesus Christus hanc creaturam vini.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde legatur Psalmus.

DOminus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iusticiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam

sam, aduersum eos qui tribulant me. Impinguasti in Oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Postea subiungantur hæ preces & orationes.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas.
℟. Domine DEVS sperantes in te.
℣. Et si quid nociuum biberint. ℟. Non eis nocebit.
℣. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.
℟. Beatus homo, qui sperat in te Domine.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEVS & pater domini nostri Iesu Christi, cuius verbo cœli firmati sunt, cui omnis

creatura deseruit, & omnis potestas subiecta est, & quem metuit, & expauescit: nos te ad auxilium nostrum inuocamus, cuius audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, vipera silet, & subdola illa, quæ dicitur rana inquieta torpescit, scorpio extinguitur, regulus vincitur, squalus nihil noxium operatur, & omnia venenata, ac noxia animalia terrentur. Tu extingue omnes diaboli fraudes, & omnes humano generi aduersantes nequitias, & hunc potum per interceſsionem beatissimæ virginis Mariæ, & beati Ioannis Apostoli & Euangelistæ, & omnium sanctorum tuorum, tua virtute benedic ✠ & omnes ex eo gustantes, ab omni malo custodias, & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui ex quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum satiasti, & in Cana Galileæ vinum ex aqua fecisti. Qui es vitis vera, multiplica super nos misericordiam tuam, & pietatis tuæ clementiam nobis ostende, quemadmodum fecisti cum patribus nostris, in misericordiam tuam sperantibus. Et bene ✠ dicere ac sanctificare ✠ digneris

digneris hanc creaturam vini, quam ad sustentationem fidelium tuorum tribuisti, vt quicunque ex hac vsus fuerit, vel ex ea potauerit, Diuinæ benedictionis tuæ opulentia repleatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DEVS cuius potestate beatus Ioannes Euangelista potum venenosum & toxicum digessit, bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam vini, vt omnibus ex eo gustantibus, expulso omni gustu nociuo, infuso tuæ benedictionis mysterio, sit in terris corporis & animæ sanitas, & in cœlis perpetua consolatio. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti DEVS, per omnia secula seculorum. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Et benedictio ✠ Dei patris omnipotentis, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti descendat & maneat super hanc creaturam vini. Amen.

Tunc aspergatur Vinum aqua benedicta.

BENEDICTIO AVRI, Thuris, & Myrrhæ, trium munerum precioſorum, In feſto Epiphaniæ Domini.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SVſcipe ſancte pater à me indigno famulo tuo, hęc munera, quæ in honore nominis tui ſancti, & in titulum omnipotentiæ tuæ maieſtatis, humiliter tibi offero, ſicut ſuſcepiſti ſacrificium Abel iuſti, & ſicut eadem munera à tribus regibus, tibi quondam offerentibus, ſuſcepiſti.

Exorciſo ✠ te creatura Auri, Thuris & Myrrhæ, per patrem omnipotentē, ✠ per Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum, ✠ per Spiritum ſanctum paraclitum, ✠ vt à te diſcedat omnis fraus, dolus & nequitia diaboli, & ſis remedium ſalutare humano generi, contra inſidias inimici, vt quicunque diuino freti auxilio, te in ſuis loculis, domibus, aut circa ſe habuerint, per virtutem

tutem & merita domini & saluatoris nostri, ac intercessionem eius sanctissimæ genitricis & virginis Mariæ, ac eorum qui hodie similibus muneribus Christum Dominum venerati sunt, omniumque sanctorum, ab omnibus periculis animæ & corporis liberentur, & bonis omnibus perfrui mereantur. Amen.

Oremus.

DEVS inuisibilis & interminabilis, pietatem tuam, per sanctum & tremendum filij tui nomen, suppliciter deprecamus, vt in hanc creaturam Auri, Thuris, & Myrrhę benedictionem ✠ ac operationem tuæ virtutis infundas, vt qui ea penes se habuerint, ab omni ægritudinis & læsionis incursu, tuti sint, omnes morbos corporis & animæ effugiant, nullum dominetur in eis periculum, & læti, ac incolumes tibi in Ecclesia tua deseruiant. Qui in trinitate perfecta viuis & regnis DEVS per omnia secula seculorum, Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis, patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, descendat super hanc creaturam Auri, Thuris, & Myrrhæ, ac maneat semper, Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO POMORUM in festo S. Blasii Episcopi & Martyris, contra dolorem gutturis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

BEnedic ✠ domine creaturam istam Pomorum, vt sit remedium salutare generi humano, & presta per inuocationem sancti nominis tui, & intercessionem sancti Blasij Martyris tui, vt quicunque ex eis sumpserint, salutem animæ, & corporis suscipiant sanitatem. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Oremus.

OMnipotens mitissime DEVS, qui omnium mundi rerum diuersitatem solo verbo creasti, & ad hominum reformationem illud idem verbum,

verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari voluisti, & qui magnus es & immensus, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia: Pro cuius fidei confessione, glorioſus martyr & Pontifex Blasius, diuersorum tormentorum genera non pauescens, martyrij Palmam feliciter est adeptus, quique eidem inter cæteras gratias, hanc prærogatiuam contulisti, vt quoscunque à gutturis morbo tua virtute curaret. Maiestatem tuam supplíciter exoramus, vt non inspectis nostris reatibus, sed eius meritis & precibus, hanc creaturam pomorum benedicere ✠ & sanctificare ✠ tua innumerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, vt omnes qui ex eis bona fide gustauerint, à quocunque gutturis morbo, se grauatos senserint, liberentur, & in Ecclesia tua sancta, sani & hilares tibi gratiarum referant actiones, & laudent nomen tuum glorioſum, quod est benedictum in secula seculorum, Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO SEGETum in Festo Sancti Marci Euangelistæ,

Finita Missa, fit processio extra ciuitatem ad locum, in quo segetes benedici debent, hoc ordine. In ingressu templi cantatur ntiphona. Surgite sancti. Ac hymni. Vita sanctorũ &c. Ad cœnam Agni. Et populus cantat. Christus surrexit. Vbi ad segetes peruentum fuerit, benedictio peragitur hoc ordine.

Primum fiunt suffragia De resurrectione domini. De beata virgine. De sanctis, Petro & Paulo. De patrono. Pro peccatis. Pro rege. Contra paganos Pro pluuia, vel, Pro serenitate. Pro pace. Quæ tamen poterunt omitti, si ita placuerit.

Deinde cantatur sequens Litania.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis DEVS. Miserere nobis.

Fili redemptor mundi DEVS. Miserere nobis.

Spiritus sancte illuminator mundi DEVS. Miserere nobis.

Sancta Trinitas vnus DEVS. Miserere nobis.

Saluator

Saluator mundi. Adiuua nos.
Sancta Maria. Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix. Ora pro nobis.
Sancta virgo virginum. Ora pro nobis.
Sancte Michael. Ora pro nobis.
Sancte Gabriel. Ora pro nobis.
Sancte Raphael. Ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli & archangeli.
Orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista. Ora pro nobis.
Omnes sancti patriarchæ & prophetæ.
Orate pro nobis.
Sancte Petre. Ora pro nobis.
Sancte Paule. Ora pro nobis.
Sancte Marce. Ora pro nobis.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ.
Orate pro nobis.
Sancte Stephane prothomartyr. Ora pro nobis.
Sancte Laurenti. Ora pro nobis.
Sancte Adalberte. Ora pro nobis.
Omnes sancti Martyres. Orate pro nobis.
Sancte Nicolae. Ora pro nobis.
Sancte rex Stephane. Ora pro nobis.
Sancte rex Ladislae. Ora pro nobis.
Sancte Dux Emerice. Ora pro nobis.
Omnes sancti Confessores. Orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena. Ora pro nobis.

Sancta Catharina. Ora pro nobis.
Sancta Elizabeth. Ora pro nobis.
Omnes sanctæ Virgines & viduæ.
Orate pro nobis.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Propitius esto. Libera nos domine.
Ab insidijs diaboli. Libera nos domine.
A subitanea & improuisa morte.
Libera nos domine.
A fulgure & tempestate. Libera nos domine.
A fame, clade & peste. Libera nos domine.
Per aduentum tuum. Libera nos domine.
Per natiuitatem tuam: Libera nos domine
Per baptismum tuum. Libera nos domine
Per passionem & crucem tuam.
Libera nos domine.
Per gloriosam resurrectionem tuam.
Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam.
Libera nos domine.
Per aduentum Spiritus sancti paracliti.
Libera nos domine.
In die iudicij. Libera nos domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt pacem nobis dones Te rogamus audi nos.
Vt sanitatē nobis dones. Te rogamus audi nos.

Vt

Vt Ecclesiam tuam regere & sublimare digneris.
Te rogamus audi nos.

Vt dominum Apostolicum & omnes gradus Ecclesiasticos in sancta religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt Antistem nostrum misericordia & pietas tua custodiat. Te rogamus audi nos.

Vt regem nostrum, populumque subiectum sub tua protectione conseruare digneris.
Te rogamus audi nos.

Vt cunctum populum Christianum preciosissimo sanguine tuo redemptum, conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus viuis & defunctis requiem æternam donare digneris.
Te rogamus audi nos.

Versus sequens dicitur à sacerdote fruges benedicente ter.

Vt fructus terræ dare & conseruare digneris.
Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos.

Vt nos custodire digneris. Te rogamus audi nos

Fili Dei. Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.

Christe audi nos Christe exaudi nos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine exaudi orationem meam;

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum,

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Pletatem tuam quæsumus omnipotens Deus, vt has primitias creaturæ tuæ, quas aeris & pluuiæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis ✠ tuæ imbre perfundas, tribuasque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ac esurientium animas bonis affluentibus repleas, vt egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Postea

Postea versa facie ad orientem cantetur Euangelium. In principio erat verbum: fol: 20.

Responsorium. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cuius gloriam vidimus, quasi vnigeniti à patre, Plenum gratia & veritate.

℣. In principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Cuius gloriam vidimus quasi vnigeniti à patre. Plenum gratia & veritate. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c. Plenum gratia & veritate.

Deinde sacerdos dicat.

Oremus.

BEnedic Domine hanc creaturam segetum, vt sit remedium salutare humano generi, & præsta per intercessionem nominis tui gloriosi, vt quicunque ex ea sumpserint, sanitatem mentis & corporis, animæque tutelam percipiant. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Hinc Euangelium, quod sequitur (versa facie ad Meridiem.)

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super ægrotos manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris DEI. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis.

Responsorium.

ITe in orbem vniuersum, & prædicate dicentes alleluia. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit alleluia, alleluia, alleluia. ℣. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit alleluia. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Alleluia, alleluia, alleluia.

Oremus

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, arbiter throni, qui molem terræ ex nihilo pendentem gubernas, & ad vsum humani generis corporisque sustentationem agros operibus excolere iussisti, misericordiam tuam supplices exoramus, vt quicquid in hos agros salubriter seminatum, atque plantatum est, aspectu tuæ clementiæ prospicias, & aëris temperiem misericorditer moderari digneris, vt refecato atque absorpto omniũ tribulorum spinarumque squalore, efficiatur fæcundum, & ad maturitatem perfectam tribuas peruenire, vt nos famuli tui, licet indigni, vberem tuorum donorum fructum cum gratiarum actione percipientes, debitas atque acceptabiles sancto nomini tuo laudes referre mereamur. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Tandem Euangelium subsequens versus occidentem legatur.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. Gloria tibi domine.

LIber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, Iudas autem genuit Phares &

